Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36447
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



166

aut sedm carnē · sed &si ego iudico · iudiciū meū ue
rum · ē · quare iudiciū tuū · uerum · ē · Quia solus ñ
sum inquit sed ego & qui me misit pater · Quid ergo
dnē ihū si solus esses falsum · ē & · iudiciū tuum · & ideo
uerum iudicas quia solus non es · sed tū & qui te mi
sit pater · Quid responsurus sum ipse respondeat ·
Uerum · ē · iudiciū meū inquit · quare ñ · Quia solus ñ
sum · sed ego & qui me misit pater · si tecum est · Quo
modo te dimisit · & misit te · & tecū est · Iane & mis
sus non recessisti iane & ad nos uenisti · & ubi man
sisti · Quomodo istud creditur · quomodo capitur ·
Ad haec duce respondeo · quomodo capitur recte
dicis · Immo ideo bene creditur quia non certo capi
tur non opus erat ut crederetur quia uideretur ·
Ideo credis quia non capis sed credendo fit idoneus
& capies · Nam si non credis numquā capies quia mi
nus · idoneus remanebis · Fides ergo munda te
ut intellectus impleat te · Uerum est · inquit iudi
ciū meū · quia solus non sum · sed ego & qui me misit
pater · Ergo dnē dī nr̄ ihū xpē missio tua incarna
tio tua · ē · sic uideo sic intellego postremo sic credo ·
ne arrogantiae sit dicere sic intellego prorsus ·